

23.

DE ARA DE
ARATRO HOSTILI

MVRIS

AB INSOLENTI EXERCITV
IMPRESSO

AD

HORAT. LIB. I. OD. V.XI.v20.

DISSE RIT

FRANCISCANEI
INSPECTORVM ET CVRATORVM
GRAVISSIMORVM

PATRONORVM ETIAM ET FAVTORVM
PIE VENERANDORVM
HONORIFICAMPRAESENTIAM ET AVDIENDI
BENEVOLENTIAM
INGENVIS ALIQVOT IVVENIBVS
OMNI VIRTVTIS, INGENII ET DOCTRINAE
LAUDE ORNANDIS

DIE XXVIII. AVGUSTI ANNI cIc Icc XXXVIII.

AB HORA III. POMERIDIANA
IN SCHOLAE AUDITORIO MAIORI

PUBLICVM IN DICENDI LOCVM PRODVCENDIS
PRECE BLANDA ET OFFICIOSA
CONCILIATVRVS

M. GEORG. SIGISM. GREENIVS
RECTOR.

LIPSIAE
EX OFFICINA LANGENHEMIANA.

Lit. Rom. A.

445,8

DE ARATRO HOSTILI.



Ratro, et si pauca relinquenter regiae moles iugera, a)
quas non minori splendore ac sumtu exstruxerat
montes subuertens, exstruens maria, b) atque in
ipsis domorum fastigiis nemora serens, c) luxus
Romae, ipsa licet ager quondam fuerat, sylua, col-
lis, herba; d) dici tamen non potest, quantum ipsi
assueta fuerit prisca gens mortalium, e) cui nec
summorum virorum personis visum est indignum.

Quod enim vel Deorum, f) vel hominum, g) ob virtutem, et ingentia
in omne genus suum merita, supra mortale fastigium elatorum, coelo-
que adscriptorum, fuit inuentum, illud nec a regibus abfuit antiquissi-
mis et principibus viris, quos inter Hiero, Philometor, Attalus, Arche-
laus celebrantur PLINIO, h) nihilque XENOPHONTI, M. TULLIOI)
teste, tam regale visum, quam studium agri colendi. Vlyssem, summum
virum, ad aratum, quasi ad suum opus, rediisse accepimus, tum, cum
simulata insania subterfugit bellum, k)

Detrectauitque furore

Militiam ficto, donec sollertia isto,
Sed sibi inutilior, timidi commenta retexit
Naupliades animi, vitaque in arma retraxit. l)

Ipse vero Vlysses delirando a projecto in agrum suo filio se prorsus non
delirare manifestauit. m) Suo quodam fato ad idem compulsus legitur
Iason, dum ignem efflantes naribus tauros subigit, audacique dextra mul-
cens eorum palearia, domat, n)

Suppositosque iugo pondus graue cogit aratri
Ducere, et insuetum ferro proscindere campum.

Idem

a) HORAT. Lib. II. Od. XV.

b) SALLVST. Bell. Cat. c. XX. §. 12. HORAT. Lib. III. Od. I. et XXIV. ID
Epist. L. I. Ep. I. v. 35. OVID. Fast. L. V. 640. seqq. SVETON. Iul. c. 44.

c) HORAT. L. III. Od. X. 5. coll. LAEV. TORRENTII Comment. et SO-
SIT Not. ad CORN. NEP. Att. c. XIII. SENEC. Epist. CXXII, p.m. 556.

d) OVID. Fast. III. 71. et 179. it. 433. PROPERT. Lib. IV. Eleg. I.

e) HORAT. Epod. Od. II.

f) Cereri acceptum ferunt Poëtae, VIRGILIVS, OVIDIVS, TIBVLLVS,
conf. POLYD. VERGIL. de Rerum Inuent. L. III. c. I. et II. POMEY.
Panth. Myth. p. 151. g) CIC. Nat. Deor. L. I. §. 38.

h) Hist. Nat. L. XVIII. c. III. i) De Senect. §. 59.

k) CIC. Offic. Lib. III. §. 97. c. XXVI. l) OVID. Met. XIII. 36.

m) POMEY. Panth. Myth. p. 276. n) OVID. Met. VII. 117.

Idem securi et aliarum gentium principes aratrum, quippe quod primi ordinis viri Romanorum in agro primum versabantur, o) Pascebantque suas ipse Senator oves.

Iura dabat populis posito modo Consul aratro,

Et leuis argenti lamina crimen erat;

Quorum Cincinnato p) viator attulit Dictaturam, serentem vero inuenierunt dati supremi honores Atilium Serratum; q) vnde cognomen. r) Atque illo etiam tempore, quo Romanorum luxus vix ultra, quo progrederetur, habebat, s) graue illis non erat, ipsum interdum respicere aratum, quippe quod cICERO vix quemquam fuisse testatur, qui fundos obire, et res rusticas, vel fructus causa, vel delectationis, inuisere, et honestissimum et suauissimum non iudicauerit. t)

Neque vero est, quod miremur, laureato vomere, et triumphali aratore, quondam gauisam esse terram, u) atque Imperatorum manibus pudori non fuisse, eburneo scipione deposito, agrestem stiuam aratri repetere, x) cum regiam rem olim fuisse antiquissima rerum testantur monumenta, ducere aratum. Eo namque consecratum fuisse exstruendae vrbi campum praeter alias VARRO docet, y) qui, oppida, inquit, condebant in Latio Etrusco ritu multa, id est, iunctis bobus, tauro, et vacca interiore, aratro circumagebant sulcum. Hoc faciebant religionis causa die auspicio, ut fossa et muro essent munita. Terram, vnde exsculpserant, fossam vocabant, et introrsum iactum, murum, postea, quod siebat, orbis, vrbs. Atque de Aenea suo MARO z)

Interea Aeneas urbem designat aratro.

) (2

Ae-

o) PROPERT. L. IV. El. I. OVID. Fast. I. 204. 207. ID. A. A. III. 120. conf. quae de Viatoribus afferunt PLINIVS XVIII. 3. FESTVS L. b. V. et ALEX. ab ALEXANDRO Genial. Dier. Lib. I. c. XXVII.

p) de quo PERSIVS Sat. I.

Sulcoque terens dentilia Quinti,

Quem trepida ante boues dicturam induit vxor,

Et tua aratra Domum lictor tulit.

q) vnde VIRG. Aen. L. VI. 844.

Et te sulco, Serrane, serentem

r) Legendi de his PLIN. Hist. N. XVIII. 3. CIC. de Senect. §. 56. et pro Sext. Rosc. Amer. §. 50. VALER. MAX. L. IV. c. IV.

s) OVID. Fast. I. 196.

t) De Orat. L. I. §. 249. et pro Rosc. Amerin. §. 48. et 51. add. MARTIAL. L. IV. Ep. 90. et GEORG. GREENIVS de Rustic. et Vill. Vel. SALLENGR. Thesaur. Antiq. R. T. I. insert. L. I. c. IV.

u) PLIN. H. N. c. XVIII. L. III. x) VALER. MAX. L. IV. c. IV. §. 5.

y) De Lingua Lat. L. IV. c. XXXII. z) Aen. L. V. 755.

DE ARATRO HOSTILI.

Aeneadasque illos, toto terrarum orbe claros et horrendos, Romulum et Remum, vrbis suaē maximaē, quae etiam sola quasi vrbis dicta, eodem ritu condidisse moenia, a) vates operofus dierum, ovidius, b) ita celebrat:

Apta dies legitur, qua moenia signet aratro,

Sacra Palis suberant: inde mouetur opus.

Inde premens stiuam designat moenia fulco,

Alba iugum niueo cum bove vacca tulit.

Scilicet hunc referunt c) totius ritus rationem modumque, ut, quod isidorus d) prodidit, vrbis ideo aratro circumducta et designata fuerit, dispari sexu iumentorum, propter commixtionem familiarium et imaginem ferentis et fructum ferentis. Boues praeterea fuisse albos, ad ostendendos ciues sine labe, integros vitae, scelerisque puros. Glebas internas fuisse reiectas, quoniam omnis fertilitas in vrbem importanda sit. Bovis etiam ita iunctos fuisse, ut vacca interior, taurus exterior esset, quia mulieris sit, quae intra domum sunt, curare et viri exteriora. Mansit inde cum signum e) coloniae oppidiue conditi taurus et vacca, aut alter eorum in nummis aliisque passim antiquitatum monumentis, f) tum vero etiam ipsum nomen, quippe quod vrbem ab vrbo appellatam esse tradit POMPONIVS, g) cui vrbare est aratro definire, vrbum vero ipsum, curatura aratri, quod in vrbē condenda soleat adhiberi. Confirmat idem, loco supra nominato, VARRO, qui, oppida, inquit, quae prius erant circumducta aratro, ab orbo et vrbo, vrbes; et ideo coloniae nostrae omnes in literis antiquis scribuntur vrbes, quod item conditae, ut Roma; Quid? quod et ipsis Portis nomen ab hoc ritu inditum et deriuatum, de qua re apud ISIDORVM h) Cato, qui vrbem, inquit, nouam condit, taurō et vacca aret; vbi arauerit, murum faciat, vbi portam vult esse, aratrum sustollat et portet, et portam vocet.

Quod vero in condendis designandisque vrbibus adhibebant veteres aratrum, illud etiam diruendo inducebant oppido, eoque ipso reuocabant tempore, quo

Plus erat in gladio, quam curvo laudis aratro, i)

Quo tenuere viros bella, atque erat aptior ensis

Vomere, cedebat taurus aratore equo. k)

- a) QUINTIL. IX. 2. et MINELL. ad VIRG. Aen. VI. 810. b) Fast. IV. 819. 825. 839.
 c) PITISCVS Lex. Antiq. T. II. f. 1116. d) XV. 2.
 e) De Roma ipsa TACIT. Annal. L. XII c. XXIV. §. 2. ovid. Fast. L. I. v. 582.
 f) PITIS. T. I.
 g) Leg. CCXXXIX. §. 6 Dig. de Verb. Signif. conf. TORRENT. ad HORAT. nost. loc.
 h) XV. II. Conf. PITISC. T. II. f. 476. i) ovid. Fast. II. 517. k) ID. Fast. I. 691.

Enim vero, vbi ultimae steterint altis vrbibus caussae, cur funditus perirent, impressum illis fuisse ab insolenti exercitu aratrum hostile, auctor est QV. HORATIVS FLACCVS, l) cuius etiam interpres ACRON, RHODIGINO laudatus m) hanc omnino consuetudinem et condendis et euerten-
dis vrbibus fuisse, vt aratro fieret, notatuit. Ipse vero etiam RHODIGI-
NVS cum P. LITISCO n) Propertianum o) illud:

Moenia cum Graio Neptunia preslit aratro

Victor Palladiae ligneus artis opus.

recte eo trahit, cui nimirum Ouidii p) aliud respondet:

Iam seges est, vbi Troia fuit.

Significant idem SENECAE q) verba, qui de saeuo et feroci homine, te-
tis, inquit, iniicere ignem, et aratum vetustis vrbibus inducere, poten-
tiam putat. De Antonio M. T. V. L. I. V. S. CICERO r) Tu autem, inquit,
insolentia elatus, omni auspiciorum iure turbato, Casilinum coloniam de-
duxisti, quo erat paucis annis ante deducta, vt vexillum videres, et aratum
circumduceres; cuitus quidem vomere portam Capuae pene perstrinxisti,
vt florentis coloniae territorium minueretur. Atque vt alia aliorum ta-
ceamus loca, in quibus ipsa euertendi, eruendi, exscindendi verba illam
aratri inductionem innuere videntur, s) docent idem nos sanctissimorum
vatum diuinae admonitiones, quibus ita deleturum euersurumque se im-
piorum sedes vrbesque minatur Deus immortalis, t)

Vt primum soles eruta cernat humus. u)

Hoc vero in vrbes dirutas inducto aratro, primum quidem ius ciuitatis es-
se amissum, agrumque ex vrbe factum, significabatur. Diserte hoc ICtis
affirmatur, quorum MODESTINVS, x) si vsusfructus, inquit, ciuitati lege-
tur, et aratum in eam inducatur, ciuitas esse desinit, vt Carthago est passa;
idemque quasi morte, desinit habere usumfructum. Deinde vero, cum na-
tura insolens et superba victoria y) vel ob praedam saepius, quam ob deli-
ctum z) vel etiam inuidia magis imperii, quam vlli noxae inuisam, diruat,
funditusque tollat vrbem, quod odium, inuidia et certaminibus ortum, ul-
tra metum duret, et ne in victis quidem deponatur, neque ante inuisum es-
se desinat, quam esse desinat, a) in ipso vrbium excidio adhibebant victores

¶ 3

ara-

l) Od.XVIL I.v.20. m) Leet.Antiqu LXXVI.c.V. f. 1440. MACROB.L.V.c.XIX.

n) l. c. f. 1116. o) PROPERT. L. III. El. VIII. 41. p) Heroid. I. 53.

q) De Clement. c. XXVI. p. m. 300. r) Orat. Philipp. II. §. 102.

s) VIRGIL. Aen. II. 610, 625. cet. 637. Add. HORAT. Epop. XVI. 11. seqq.

t) IER. XXVI. 18. MICH. III. 12. conf. RAVANELL. Biblioth. S. f. 131. et

283. a T. HIMMEL Comment. in Mich. p. 220. u) OVID. Fast. IV. 404.

x) Lib. VII. π. Tit. IX. L. XXI. y) CIC. pro M. Marcello 3.

z) SVETON. Jul. c. 54. a) VELLEI. Pat. H. R. L. I. c. XII. §. 5. et 7.

aratum, eoque illas, iam excisas, aequabant solo. b) Hoc ipso namque prisci illi heroës et fortissimi viri cum munitissima loca sua vi suaque manu et expugnata atque euersa, et in puluerem c) nunc redacta esse, suaque facta virtutis perennia atque immortalia monumenta ostendebant, d) tum vero etiam ultimum in deuastatas illas vrbes immittebant exsecrationem desuotionemque. Constat enim inter omnes veterum mos e) diras proferendi detestationes in euersas vrbes, cuius rei et formulam habet M A C R O B I U S f) et exemplo sunt RHODIGINO g) in exsecrato Illo Agamemnon, et in Sidena Croesus. Maxime vero insigne est huius rei illud Iosuae, yrbem Iericho deuouentis, exemplum, idque eo illustrius, quo accuratius responderent enentus, diris exsecrantis verbis. h) Ad haec cum et salem spargerent in extinctae vrbis locum fererentque vastantes victores, quod ab Abimelecho in diruta vrbe Sichem factum legimus, i) vel ab hoc non longe abfuisse videtur aratum. Denique vti a sacro et religioso loco arcebant veteres profanum vulgus, atque fulguritam etiam terram et bidental k) sepire augurum erat, ne temere quisquam adiret illud, quod calcare esset nefas; ita exsecratae etiam ciuitatis pristinam sedem, humilem nunc et suas vix ostendentem ruinas, aratro circumducebant deuouentes eam hostes, vt nimirum suos aliosque, fulco ducto, prohiberent aditu, ne diras detestationis, loco impositas improuidi in se deriuarent.

Ego vero quicquid de Aratro Hostili, ad H O R A T I I locum aliqua ex parte illustrandum, hucusque praefatus sum, eo consilio est a me conscriptum, ut meorum aliquos, in conspectum scholæ Inspectorum Grauissimorum ceterorumque Clarissimorum Virorum, producens, virium suarum periculum facturos, declararem, me non argenteo, quod in proverbio est, l) vomere arare. Est schola, fateor, ager; sed vt omnium rerum, M. T V L L I I m) iudicio, nihil est agricultura melius, nihil vberius, nihil dulcius, nihil libero homine dignius, ita et ingeniorum cultura nihil profecto!

b) Ita de Numantia a P. Scip. Africano deleta v ELL. H. R. L. II. c. IV. §. 2.

c) Quod crudele excidium Romae minatur Hannibal, inficto in terram pede, suscitatoque puluere, tunc inter Carthaginem et Romanam finem belli fore, dixit, cum alterutra vrbs in habitum pulueris esset redacta. VALER. MAX. Lib. IX. c. III. vnde H O R A T. Epod. XVI.

Barbarus, heu! cineres insister vñctor et yrbem

Eques sonante verberabit ungula.

d) VELLEI. c. I. §. 3. e) PITISC. Lex Antiq. T. I. f. 652. f) Saturn. III. 9.

g) Lect. Antiqu. f. 1440. h) Ios. VI. 26. I. Reg. XVI. 34.

i) IVD. IX. 45. conf. RAVANELLI Bibliothec. S. T. II. f. 523. item SOLDVCC. in Iob. p. 849. k) PITISC. T. I. 227.

l) Leg. RHODIGIN. Lect. Antiq. L. XXVI. c. 17. m) Off. I. 42. coll. de Fin. III. 2.

festo *ingenuo animo iucundius, n)* nihil conuenientius. quia
Conueniens homini est, hominem seruare voluptas. o)

Affiduus quidem iste labor,

Namque, quod ingenium longa rubigine laesum est,

Torpet, et est multo, quam fuit ante, minus. p)

Vti et agricolis indefesso studio laborandum est, vt agrorum cura κατ^η
ξεχην opus nominetur, recteque Ouidius: q)

Fertilis affiduo si non remouetur aratro,

Nil nisi cum spinis gramen habebit ager.

Vnde mirandum non est, si perpetuo labore nimia fiat et inutilis aliquando sedulitas, vereque illud eueniat: r) Πολλοὶ βεκένται, παῦροι δὲ τῆς γῆς ἀροτῆρες. Atque vt ea est agri colendi ratio, vt spe magis et iucunditate quadam, quam fructu atque emolumento teneatur; s) Ita et scholae magistris tradita docilis iuuentus, ipsa Patriae spes, laeta et dulce decus, aetate adhuc tenera, roboris expers et insolida, spe saltem delectat, t) frumentum tamē vberimum promittit, praemiaque cultus sui dignissima, si dederit Deus ipse teneris sementibus auctus, u) felicissimaque incrementa, ita, vt bonus quisque scholae agricola, non secus ac Romanorum maiores, x) colentes agrum, rem publicam patriamque fortunatissimam florentissimamque relinquat. Eadem etiam spe nos delectat scholae nostrae iuuentus, quae, veluti laeta seges, vt Deo gratum! efflorescit, suaque et laudabili industria et grata omnibus vitae morumque probitate certa patriae, parentibus, nobis, promittit gaudia commodaque certa; id quod vel suo probabunt exemplo in solemnī Grauissimorum Virorum confessu publice verba facturi ornatissimi iuvenes, quorum nimirum

I. PETRVS RVHLIVS, Gohlis. Misn.

De votis p. o salute Principum atque Imperatorum susceptis, oratione Latina exponet

Ad ovid. Trist. L. I. El. II. v. 103. et cvr t. L. III. c. VII. §. 3.

II. IO. GEORGIVS STANDFUSIVS, Wehlens. Misn.

De Diis Vltoribus Oratione Germanica declamabit,

Ad ovid. Met. XV. 821. sveton. Iul. c. LXXXIX.

III. CAROLVS FRIDER. REVSCHERVS, Glauch. Schoenburg.

Ferrea Parcarum Decreta Orat. Lat. euoluet

Ad ovid. Met. XV. 781. 807. seqq.

IV.

n) Id. c. c. pro A. Lic. Arch. §. 16. o) ovid. Pont. II. IX. 39.

p) ID. Trist. V. El. XII. 21. q) Ibid. v. 23. r) ERASMI ROTEROD. Adag. p. 584.

s) CIC. in Verr. L. III. §. 227. t) ovid. Met. XV. 203. u) ovid. Fast. I. 678. seqq.

x) CIC. pro S. Rosc. Amer. §. 50.

DE ARATRO HOSTILI

IV. IO. CHRISTOPHORVS PLESCHIVS, Koenigstein. Misn.

Synapothescontes et Soldurios carmine Latino Heroico celebrabit

Ad TERENT. Adelph. Prolog. v. 6. et CAES. B. G/L. III. c. XXII.

V. CAROLVS ROMANVS REVSCHERVS, Glauch. Schoenb.

Sacra, Diis loci praefidibus facta, oratione recolet Latina

Ad CVRT. L. III. c. VIII. § 22.

Ad quos beneuole audiendos scholae. Inspectores Grauissimos ceterosque
Claros in vrbe nostra Viros, qua decet, reuerentia et humanitate vocamus,
vehementer illos precati, vt, cum foecunda faciat pectora amor laudis, y)
vires addant animis ingeniisque nostrorum suae praesentiae honore, pul-
cherrimoque ipsos non deditur laudabilem conarum praemio, quo-
rum quidem nullum aliud desiderant, praeter illud, principibus viris pla-
cuisse; idque sibi certum habeant persuasum, memores nos fore praestiti
fauoris et benevolentiae, omniq[ue] vicissim officiorum genere beneficium
non denegatum studiose esse proinerituros. Dab. e Franciscaneo Mis-
nensi, Die xxvii. Augusti A.R. S. c101ccXXXVIII.

y) OVID. Trist. L.V. El. XII. 38.

Notanda hic alia nostrorum specimina.

In Examine nupero vernali Die XXVIII. April. exhibuerunt De stu-
dio Romanorum Philosophico, ad Cic. Offic. Lib. I. c. I. orationem primi
ordinis ciues, secundi vero ordinis de tutela nauium, piisque nauium in-
signibus, ad Ouid. Trist. Lib. I. El. I. 1. exercitationem. Explorandis vero
omnibus Inspectorum Scholae Grauissimorum, ceterorumque Auditorum
maxime Venerandorum, audiendi benevolentiam conciliauit

PETRVS RVHLIVS, Gohlis. Misn.

Puluerem scholasticum cum puluere Olympico oratione Latina comparans

Ad Horat. L.I. Od. I. 3. Epist. Lib. I. Ep. I. 51.

Praeterea ad sanctissimam optimi Seruatoris coenam accessuri, suo cete-
rorumque scholae ciuium nomine commissorum veniam a nobis petierunt

ISRAEL KAYSERVS, Hoeffgen. Misn.

De mentis nostraræ debita religione ad Deum accendentis, Caesaris verbis:
Etiam nunc regredi possumus. ad Sueton. Iul. c. 31. Orat. Lat. D. XXIX.
Ian. verba faciens,

PHILIPPVS GOTTFRIED SVSSEMILCH, Coswig. Anhalt.

De confuetudine vsu sacrae coenae vel facta vel promissa confirmandi. D.
VII. Mai. Orat. Lat. agens,

IO. GEORG. STANDFUSIVS, Wehlenf. Misn.

De licto et honesto inter ciues certamine Ad Sall. B. C. c. IX. Orat.

Germ. exponens. D. XIII. Aug. c101ccXXXVIII.

